

C. 7. DE TIBIIS VET. 401  
*stiterit, septa repetere consuescat. Ita  
Propertius lib. 4. El. 11.*

*Nunc intra muros pastoris buccina  
lenti.*

*Cantat .....*

*Inter buccinam bellicam & cornu  
etiam, quo in præliis usi sunt, aliquid  
fuit discriminis. Valer. Flaccus lib. 6.*

*Prælia nunc rauco curant incendere  
cornu.*

*Ut Tubas ita & Cornua pro inventis  
Tyrrhenorum habet Athenæus lib. 4.  
Ab illis Cornicen dictus, de quo Inscriptio  
ex Gruter. pag. 1106.*

Q. ATILIVS

R V F V S

CORNICEN

P. Q. X.

*Appellata autem sunt Cornua, juxta  
Varronem, quod olim fierent ex bu-  
bulo cornu, quæ postea ex ære efficta.  
Sic Virgilius Ænead. lib. 6.*

*Æreaque assensu conspirant cornua  
rauco.*

*Et Statius Thebaid. lib. 8.*

— Cum